



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 31. Monasteriensis Synodi Diöcesanæ statuta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

sexta Aprilis Sacra Episcoporum Con- Sæc. XVIII.  
 gregatio declaravit, quod Regulares A. C. 1723.  
 accedentes ad publicas & generales  
 Processiones incedere queant sub pro-  
 pria Cruce absque licentia Parochi:  
 cum autem huic decisioni Parochi qui-  
 dam *quoad exequias* sese opponerent, ob-  
 tendentes, quod non obstante imme-  
 morabili consuetudine in propria Regu-  
 larium Ecclesia, in qua defuncti sepul-  
 turam elegerunt, ipsi Parochi & non  
 Regulares exequias facere deberent,  
 eadem S. Congregatio respondit, exe-  
 quias pro cadaveribus illorum, qui sibi  
 sepulturam elegerunt in Ecclesiis Re-  
 gularium, ab ipsis & non a Parocho  
 esse faciendas.

§. XXXI.

*Monasteriensis Synodi Diœcesanæ  
decreta.*

Hoc item anno Clemens Augustus Mo-  
 nasteriensis Episcopus die tertia Concil. Ger-  
 Octobris rursus Diœcesanam habuit Sy- man. t. 10.  
 nodum, in qua decretum contra ariolos pag. 427.  
 anno priori editum innovavit, atque in  
 vernaculam linguam, ut omnibus in-  
 notesceret, verti iussit, statuitque, ut  
 omnes & singuli, pro animarum cura  
 examinandi cujuslibet mensis prima  
 hebdomada feria quarta coram Vicario  
 Generali habitum Clericalem induiti  
 com-

Sæc. XVIII. A. C. 1723. compareant: Insuper Clerici vestes hincas deponant, & ad Altare sub sacrificio Missæ, si ficto capillitio uti permittuntur, non longius non pulvere cyprio inspersum, sed modestum cum patente corona deferant.

## §. XXXII.

*Principum atque Illustrum decessus.*

*Cim. Memorabil. Sæc. XVIII.*

**I**nter plures præclarissimos Principes, qui hoc anno mortalitatem exuerunt, iugebatur Josephus Clemens Coloniensis S. R. J. El. & Archiepiscopus Episcopus Leodiensis & Hildesienfis ex Serenissima Ducum Bavarie familia, qui Bonnæ anno ætatis quinquagesimo tertio, Regiminis trigesimo quinto decessit. Successorem habuit Clementem Augustum Maximiliani Emanuelis Bavarie Electoris Filium Monasteriensem & Paderbornensem Episcopum. Salisburgi obiit Franciscus Antonius Adolphus Comes de Wagenperg Episcopus Chimseensis, Vicarius Generalis & Officialis Archi-Diæceseos Salisburgensis, ejusdemque Locum tenens anno ætatis quinquagesimo primo. Vir erat rara virtutum & eruditionis fama clarus, qui ore proprio ac exemplo gregi sibi commisso pabulum Verbi Dei concionando & catechizando distribuere pro